h ic ergo uſque ad noctem ſaltem credo intromittar domum

MESSENIO SERVUS.

S Pectamen bono ſeruo id eſt qui rem herilem procurat uid&
collocat cogitatq; ut abſente hero rem heri diligenter tutet
Q uam ſi ipſe adſit aut rectius tergum q̃ gulam crura q̃ uentrem
O portet potiora eſſe cui cor modeſte ſitum eſt
R ecordetur id qui nihili ſunt quid iiſ pretij det
A b ſuiſ heriſ ignauiſ improbiſ viriſ verbera compedes
M ole magna laſſitudo fameſ frigus durum
H ec pretia ſunt ignauię id ego male malum metuo
P roptterea bonum eſſe certum ē potius q̃ malum
N am magis multo patior facilius verba: verbera ego odi
N imioq; edo libentius molitum q̃ mollitum perhibeo
P ropterea heri imperium exequor bene & ſedate
S eruo id atque id mihi prodeſt aliiſ eſſe ita ut in rem
E ſſe ducunt ſin ego erovt me eſſe oportet mecum id mihi
A dhibeam culpa abſtineam hero ut omnib; in locis ſim preſto
S erui qui culpa carent & metuunt ſolent heriſ ẽẽ utibiles
N am illi qui nihil metuunt poſtq̃ malum promeritum ē metuunt
M ecum haud multum prope eſt quando ceruſo faciam pretium exolu&
E go exemplo ſeruio terge ut in rem eſſe arbitror: poſtq̃
I n tabernam vaſa & ſeruoſ collocaui ut iuſſerat
I ta uenio aduerſum: nunc fores pultabo adeſſe ut me ſciat
N eque meum ex hoc ſaltem damno aluum eluo amphora
S ed metuo ne ſero ueniam depugnato prelio;

SENEX. MENECHMVS. LORARIJ. MESSENIO SERUUS.

P er ego uobiſ deoſ atque homines dico ut imperium meum
Sapientex habeatiſ: utq; imperaui atque impero
F acite illic homo iam in medicinam ablatuſ ſublimen ſiet
N iſi quidem voſ ueſtra crura aut latera nihilipenditis
C auete quiſq̃ quod illic minitet uoſtrum flocciſecerit
Q uid ſtatiſ quid dubitatis iam ſublimen raptum opportuit
E go ibo ad medicum preſto ero illic ut venietiſ. Men occidi
Q uid hoc eſt negotij quid illic homineſ ad me currunt obſecro
Q uid uoltiſ uos quid queritatiſ quid me circuſiſtitis
Q uo rapitiſ me. quo fertiſ me perij obſecro ueſtram fidem

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 135r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/135r)